

videndum Maranta cont. *Jur. part. 5. resp. per totum*. Circa Oblationes vero Ecclesie Cathedralis, scias Episcopum nullum jus habere, sed omnes ad Capitulum pertinere: de quo est optima decisio Merlini *Lunen. Saranen. Oblationum*, 8. Februarii 1627. coram Merlino *decis. 257. supra citato*.

160 Supra dicta vero majorem difficultatem habent circa Sacramentorum administrationem Episcopo duarum Cathedralium unitarum in eadem civitate, cui administranda esse credo ex Cathedrali intra cujus Parochiam degit, præcipue stante consuetudine, nulla habita ratione an sit antiquior altera: ex rationibus adductis à Cardinale Tuscho *lit. 5. concl. 190. ex n. 19. usque in finem*, de quo videnda sunt que diximus *sup. cap. 17. de sepult. Eccles. Cathedr. in fine*, ex *num. 244. usque in finem*.

161 In Beneficiis vero tam nubentium, quam in aliis, que sepe nimis per Parochiale esse supra notavimus; sub eadem distinctione procedendum esse credo: ita ut licitum sit eas accipere ab Ecclesia Cathedrali medio aliquo Ministro, eo modo quo in Sacramentorum administratione notavimus; non vero à Parocho, qui jure Parochie particularis nullam in hoc præminantiam habere credimus.

162 Vidimus usque adeo Jura Parochie Cathedralis, restantur nunc investigare an Parochus ipsius in concursu aliorum, aliquam habeat prærogativam: & credo debere præcedere tam in sua Parochia, quam in sessionibus aliarum in concursu aliorum Parochorum. In sua, sub dubium non eadit, quin ceteros Presbyteros ejusdem præcedere debeat, de quo videndum lausimè Gratianus *discip. 298. per totum*, quem locum adeo esse copiosum, ut nihil aliud desiderari possit, dicit Ferro Manrique *de preced. quest. 32. num. 1. addendo Barbof. in Pastor. alleg. 78. num. 38. Salgado de Regia protectione, part. 2. cap. 9. num. 46. & ex num. 54. & seqq.* Difficultas ergo consistit in concursu aliorum? In quo similiter idem affirmo; ex pluribus; nam licet omnes ejusdem gradus sint; tamen certum est inter plures ejusdem Dignitatis & nominis, præferendos esse qui in majori loco Dignitatem & nomen sunt consecuti: de quo late Chassaneus in *Catalog. glor. mund. 4. p. conf. 47. Secundum*, prælati inter duos ejusdem ordinis, deducitur ex pluribus consensibus à Ferro Manrique *de preced. quest. 24. num. 3.* videlicet ab antiquitate, à qualitate, veluti à majoribus & illustrioribus privilegiis, à Sanctorum corporibus vel Reliquiis ibi quiescentibus, à nobilioribus miraculis sibi patratis, vel majoribus beneficiis à Deo Optimo Maximo ibi collatis, & similibus, de quibus etiam Rota *decis. 26. num. 5. part. 2. in novissimis diversorum*, Menoch. *de arbit. lib. 2. centur. 2. casu 158. in fine*, quæ omnia rectè Parocho Cathedralis applicantur; ipse enim in majori loco sedet, id est in majori Ecclesia, ubi locum, dignitatem, & nomen est consecutus: majori qualitate gaudet, quia majoribus & potioribus privilegiis illustratur; insignioribus Reliquiis ibi quiescentibus; Ex quibus credo præcedere debere: omissis pluribus aliis quæ ponderari poterant, de quibus videndi plures quos sequitur Salgado *de Regia protectione, dist. part. 2. cap. 9. ex num. 53.* Sed de hoc latius cum de præcedentia Cathedralium agemus.

166 sicut Parochia Cathedralis ut particularis præcedere debet, quia pluribus existentibus in aliquo loco, major præcedit, & prior esse debet, & hac ratione primam majoritas, secundo antiquitas, & qualitas locum habent; ex Ferro Manrique *de preced. quest. 24. & in puncto, quest. 32. num. 7.* ita non dubitandum censeo Parochum ipsius præcedere debere.

168 Quid verò dicendum est de Parocho Cathedralis, concurrente cum Parochiali erecta in Collegiatam? In quo breviter dicas, quod si concursus fuerit cum Canonico particulari in congregatione illa, non representante Capitulum, sed tamquam persona particulari, dubium non est Parochum debere illum præcedere: si verò unusquisque suam representet communitatem & officium respective, tunc Canonici tanquam dignior debet præcedere in sessionibus particularibus; at verò in his quibus matricitas re-

præsentatur, que non fuit ablata à Parochiali per erectionem in Collegiatam, & hæc à Parocho Cathedralis representatur, debet præcedere: de quo videndum lato calamo Riccius in *praxi Ecclesiastica, in praxi deofficium omniarum, dec. 6. per totam*, cujus fundamenta hic transcribere nolui, nec Ecclesia noviter erecta in Collegiatam, que habet curam, ideo dicitur Parochialis: Cardin. Tusc. *lit. E. concl. 25. num. 3.*

Circa residentiam in Ministro Ecclesie Cathedralis, medio quo debent vel possunt administrari Sacramenta, major est difficultas; cum de *Jure* Parochus intra limites Parochie degere debet: *cap. quia nonnulli, 3. c. relatum 4. c. conquerente 6. de Cleric. non residen. c. licet, §. is etiam, de elect. in 6. Concil. Trident. sess. 7. de reforma. cap. 5. & pluribus docet Maranta controver. Jur. tomo 2. respon. 29. in princ. ubi latissime disputat quomodo intelligatur hoc verbum, residere? & quid sit personaliter residere? & quod in hoc etiam detur paritas materie; ita ut parum distans extra Parochiam satisfaciatur: ita ergo dicendum videtur de Archipresbytero seu de Capellano majori.*

Sed his non obstantibus, fædite distinctionis controversiam diffiniendâ esse censeo: ita ut si habeant istam curam actualem Parochie particularis Ecclesie Cathedralis, intra illius limites degere debent, eo modo quo particularis Parochus degere debet circa limites sue Parochie: nihil enim est particulare statutum in *Jure*, sed ut particularis, subjacet divisioni Parochiarum factæ à Dionysio Papa; de qua in *cap. 1. 13. q. 1. c. Pastoralis, de his que sunt à Prelatis: Doctores in rubric. de Parochiis, Beitränd. consilio 350. vol. 2. part. 1. & quomodo probentur limites; & an rectè arguatur de limitibus jurisdictionalibus ad Decimationem, quæve concurrere debeant ad Parochialitatem probandam? videnda latè Rota in *Florentina Parochialis, 22. Maii 1610. coram Coccino*, apud Rubens *dec. 380. p. 5. tomo 3.**

Unum tamen usque adeo nullo pacto pertractatum esse video, cum sit principale dubium, quod in materia *hinc capitis* offerri posse frequentius non dubitatur, circa præcedentiam, & functionem Parochie Ecclesie Cathedralis: quod particulare est ipsarum; etenim cum ejus exercitium pendeat à Ministris Ecclesie Cathedralis, qui loco Clericorum coadjuvantur Parochum in inferioribus Parochiis habentur; hi verò in differentia Hierarchia sint, hoc est relictis Canonici & Capitulo, qui particulariter Ecclesie inserviunt Cathedrali, non vero Parochie ipsius particulari, Portionarii & Beneficarii seu Mansionarii, juxta notata à nobis *c. 14. de Ecclesiis Cathedralibus secundum presentem statum*.

Tamen si mortuaria seu functiones fiant per aliquam Confraternitatem beneficiorum, cui incumbit talis actus, servanda est consuetudo, ex qua præcedit Rector illius; cum non repugnet minore præcedere Majorem in aliquibus actibus: Seraphin. *decis. 964. numer. 1. & 2.* quo casu possessio est manentibus: Posth. *observat. 44. num. 56. licet fuerit tantum decemalis, Cahcet. var. resol. cap. 14. à num. 39. Snelus cons. 72. num. 8.* Hinc videmus minorem exercentem actum proprium, præcedere Majorem: ut in Parocho stola induto, qui præcedit Canonico Cathedralis: latissime Gratianus *discip. forens. cap. 106. & discip. 298. à num. 39.* Puteus in terminis Episcopi cum Regularibus, *dec. 105. n. 1. lib. 3. & in Episcopo Consilio Regio*, qui ceteros non præcedit: Franchis *decis. 134. n. 4. & etiam in Capitulo assistenti, quando est Canonici: Trident. sess. 25. de reforma. c. 6. Menoc. consil. 51.* præcipue si fuerit Episcopus nullatenus, habens ex dispensatione Concomitatum in alia Ecclesia, ubi residet tam in Choro quam in Capitulo; de quibus plura tradunt Bobadil. in *polit. lib. 3. c. 8. n. 20. Capycius dec. 27. n. 23. & seq. Franc. dec. 128. nu. 3. Barbof. de Canon. c. 36. & in collect. ad Concil. sess. 25. de Reforma. c. 6. & in Pastor. allegat. 73. n. 28.* vel ubi est Doctor assistens in Universitate cum ceteris Doctoribus, Gratianus *discip. 106. n. 3.* quare Confraternitas in hoc casu debet manentem, cum lex non resistat possessioni: ex Seraph. *d. dec. 964. n. 1. & 2. & Posth. observat. 44. n. 56.*

Hanc tamen Regulam limitarem, ut solum operetur in præcedentia possessa; non enim extenditur de casu ad casum, nec de una re ad aliam Felinus in *c. Admissis, de prescrip. Gabriel. lib. 5. tit. de prescrip. conclus. 2. Sella dec. 187. n. 59. ex vulgari Regula docente, Tantum prescriptum quantum possessum: c. Admissis, de prescrip. Barbof. in l. omnes 4. num. 66. C. de prescrip. 30. vel 40. annorum.*

184 Quibus addendum est, maxime debere hoc intelligi, si præcedentia fuerit Prioris Beneficarii, respectu Portionarii: nam cum Confraternitas comitetur cadaver, functioneque faciat, ut Corpus, non debet Caput separari à membris.

185 Qua ratione Capitulum Ecclesie Cathedralis præcedit Abbates in Synodis, & ubicumque collegialiter incedunt; quia Ecclesiam representant: Chassaneus in *Catalogo glor. mund. 4. p. conf. 32. per totam*. Abbas in *c. Cum non liceat, de prescrip. Gratianus discip. 298.* ubi latè de Dignitatibus assistentibus in Capitulo, Collegialiter incedentibus, & jus particulare habentibus: Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disp. 25. q. 2. ubi q. 4. latè disputat de Dignitatibus in particulari: sed de hoc latius suo loco dicetur.*

187 Ex quibus, in facti contingencia ita judicatum fuit Tutoli per viam appellationis, lite vertente inter Portionarios, & Beneficarios, qui Confraternitatem habent S. Leonardo dicatam in nostra Metropoli Casaraugustana, cui compete cadavera sepulture mandate uno semper Portionario assistente; vel si plures quam sunt Confratres, Clerici vocentur, major augeatur numerus Portionariorum, qui ratione Majoris prætendebant præcedere Rectorem, seu Priorem Confraternitatis, qui in contraria possessione se existeret dicebat: in illius favorem fuit lata sententia, que confirmata fuit ab Illustissimo D. Hispaniarum Nuntio: his tamen adhuc pender per appellationem Portionariorum in sacra Rota, qui in prima instantia victoriam reportarunt coram Ordinario Casaraugustano.

Nec mirum est tot specialia habere Parochiam Ecclesie Cathedralis: cum competens honor in ea pro facultate loci Matrici Ecclesie reservetur: de quibus vide plura apud Lotterium *de re benef. lib. 1. quest. 28. ex n. 50.*

His deficientibus, à Metropolitana, 27. Capituli sive Aula Capitularis varia nomina, 28. & seqq. Decuria quid sit, 29. Aula, Camera Gymnasia, ubi docetur, appellatur item Generalis, 30. Aula pericula in negotiis vertentibus, 31. Capituli sive Aula Capitularis fabrica, 32. Domus Magistratum secularium nobilitatem civitatis demonstrant, 33. Lacedæmonii homines effeminatos procreabant, 34. Camera in domibus civitatum magnarum extruenda, 35. Aulas Capitulares ex privilegio proprio Cathedralis habent, 36. Ad Collegiatas extensum est hoc privilegium, ibid. Vnus debet esse locus pro qualibet functione faciendâ ad usus Clericorum necessaria, 37. Capitulum, & Cubiculum Regium, sive ades Regie vestibula cum cancellis habere debent, 38. Fores autem velantur aulis, 39. Imagines seu picture que apponi possunt in Aula Capitulari, 40. & seqq. Que in Basilicis, 41. Que in Palatiis Principum, 42. Quanta fuerit in hoc Romana & Constantinopolitana magnificentia, 43. Imagines virorum illustrium ubi apponi possunt, 44. In Basilicis Regum que apponi possunt, 45. Aula Regia, Casaraugustana domus Episcopalis, & Aula Isticie Aragonum laudantur, 46. Imagines, que Regiam magnificentiam offuscant, prohibentur apponi, 47. Item que sunt causa deformitatis, 48. Imagines Benefactorum appositæ in his adificiis ad quid servantur, 49. Profane picture in Aula Capitulari non apponenda, 50. Aula Capitularis cuius expensis fieri debet, 51. Argumentum vales de toto ad partem, 52. Domus Civitatis communis, ipsius expensis fabricari debet, 53. Que pars pro hoc adificio assignetur, 54. Nullis fructibus assignatis pro his adificiis, quibus expensis fabricanda, 55. Pro his adificiis extruendis nulla licentia Superioris opus est, 56. Sed voluntas privatorum sufficit, 57. Multo magis ad perficiendum opus inchoatum, 58. Generositas animi in expensa faciendâ in his operibus laudatur, 59. Privilegia his Camera concessa, remissivè, 60. Portionarii & Beneficarii Ecclesie Cathedralis prohiberi possunt à Capitulo ne collegialiter congregentur, 61. Capituli plurimum interesset ne alii Clerici sua Ecclesie collegialiter congregentur, 62. Clerici inferiores prescriptione possunt acquirere ius congregandi capitulariter, 63. Quanto tempore ius illud prescribatur, ibid. Possessor iure familiaritatis nullius est momenti ad prescribendum, ibid. Privati homines non possunt habere Collegium, nec signa Collegii, sicut privilegium, 64. Signa Collegii que sint, 65. & seqq. Privilegium habendi Capitulum quare proprium Ecclesie Cathedralis, 66. Inferiores Ecclesia licet congregentur, non tamen collegialiter, 67. Ecclesiis Collegialibus competit ius habendi Capitulum, & quare, 68. Portionarii licet intersint Capitulo, non sunt de Capitulo, 69. Episcopus non potest concedere privilegium congregandi capitulariter Clericis inferioribus Ecclesie Cathedralis, 70. Confraternitates in Ecclesia Cathedrali, quomodo congregentur, 71. Capitulum significat adunationem collegialiter factam, 72. Inferiores Canonici conveniunt ut plures de per se stantes, 73. Plures privati homines collegium constituunt, 74. Inferiores Ecclesie quare non Capitulum, sed Congregationem faciunt, 75. Hispanonatus pertinet ad Ecclesiam Parochialem, sive ad Portionarios vel Beneficiatos Ecclesie Cathedralis, seu Collegiate, non dicitur proprie electivum, 76. & seqq.

CAPUT XXII.

De Capitulo Ecclesie Cathedralis.

S V M M A R I V M.

Capitulum idem quod Aula Capitularis, 1. Ecclesie nomine continetur, 2. Capitulum necessarium pro Ecclesia Cathedrali, 3. 5. Loca necessaria pro gubernatione Republica, 4. In Capitulo omnia negotia expediri debent, 5. Capitulum diversimodè sumitur, 6. Aula Capitularis quare sic dicta, 7. 17. 34. Aula quid sit: ibid. 8. 8. Aula sumitur pro Atrio, 9. Aula nomine quid continetur, 10. Aulici & Auletæ differunt, 11. Auletæ qui fuerint, 12. Aulici & eorum pericula, 13. Aula quare sic dicta, 14. Aula asylen animalium ad defendendum se à lupis & aliis feris, 15. Aula definitio, 16. Palatium proprie dicitur ubi habitat Princeps, 17. Cubiculum Regium quare fabrica & ornata edificandum, 19. Item Camera Magistratum, 20. Ex earum fabrica nobilitantur Ecclesie & Civitates, 21. 33. Ornatus huius Camere quare Lacedæmonii prohibentur, 23. 33. Nimis ornatus & nimia cura homines effeminatos facit, 23. Ornatus an liceat in Aulis & Cameris tam secularibus quam Ecclesiasticis, 24. 33. & seqq. Exterior cultus & maiestas quomodo conducatur ad elevationem mentis ad Deum, 25. Ecclesie inferiores ab Ecclesia Cathedrali leges, mores, gubernationem & ceremonias accipere debent, 26. Frances de Eccles. Cathedr.

Idemque confirmat Lampridius in *Alexan. Sever.* reponit dicens: *Alum matutinis horis, in Larario suorum divinum facere solent, in quo & Dros Principes sed optimos elatos, & arguas sanctiores, in quibus & Apollinem & Christum, & Abraham, & Orpheum habebat: refert Gutt. de offic. Dom. Auguste, lib. 3. cap. 29. & in Parisiensis Basilica Regum imagines locatas optime & eleganti ornatu scribit*

45 *Challaneus in Catalog. glor. mun. p. 12. conf. 61. quibus addo, in Claustro Burgenfis Metropolitanae Ecclesiae, patere status Ferdinandi Regis Catholici, filiorum, & concubinae: quod minime approbo. In Regno tamen nostro Aragonum, tam in secularibus Consistoriis quam in Ecclesiasticis Cameris hic mos approbatur. De primis in Tribunali Curiae Justitiae Aragonum adfunt imagines omnium Magistratum, hoc est Justitiarum Aragoniae in Camera Regia Regni, quam Sala Real vocamus, omnium Aragonum Regum imagines pro gratitudine & exempli memoria repositae manent. In Palatio Archiepiscopali Cefaraugustano, omnium Praetorum depictae miro artificio conspiciuntur: idemque in Tirasofeni; ac denique in terminis, in Capitulo sive in Aula Cathedralis Barbastrin memoria Episcoporum similiter depicta conservatur. Tantum enim ea prohibentur reponi, quae Regiam magnificentiam atque Imperatoriam Majestatem offuscate magis, quam illustrare, viderentur: ut probat text. in l. unica, c. de palat. & donib. Dominic. lib. 11. ubi Exea pag. 5. hucque respicit dispositio text. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in loco sacro: dicens: Quod aut Praetor ne quid in loco sacro fiat; non ad hoc pertinet, quod ornamentis cavet, sed quod deformitatis, vel incommodi: qua ratione communitur ibi notant idem Scribeures: merito ergo ornamenta & memoria benefactorum poni possunt, cum nec deformitatis, vel incommodo servant, imò hoc maxime conducit ad excitandam memoriam, & ad alios fines, ut simile per posteritas: de quo late in Armorum appositione differimus c. 16. de Capellis Eccl. Cathedr. ex n. 72. Sed tamen in Capitulis & Cameris Ecclesiarum Cathedralium profane picturae apponi non debent: extat de hac re memoria tradendus locus à Baronio, relatus Anno 506. num. 13. circa Orientales consuetudines, ubi ita scribit: Adnotat etiam Anastasius Ciriacus pietorem quendam Suro: Perjam in habitu Presbyteri, qui in Regia iussu Imperatoris (nam is Manichaeus Judaei delectabatur) quaedam monstra, & ad imaginibus Ecclesiasticis alienaingeret, ob id magna populi coorta est seditio: vide latus Baronium ibid.*

50 Succedit nunc inquirere, quibus expensis fabricanda sit hac Aula in nova erectione Cathedralis: In quo patum immortali oportet, tum ex abunde adductis cap. 12. de Templo Eccl. Cathedr. fabric. ubi late probavimus expensis Civitatis: in eo quod facultates Ecclesiae non sufficiant: quod idem cap. 29. de Domibus seu Palatiis Episcoporum, latissime etiam comprobavimus ex n. 30. cum pluribus sequentibus: Unde cum hac Aula pars maxime necessaria sit, ad bonumque commune conducatur, non est cur hoc privilegio priveretur: ex vulgari horis Regula dictante, idem iudicium de toto ad totum, ac de parte ad partem fieri debere: l. qua de tota, ff. de rei vindic. de qua videndus Card. Tusch. lib. 4. concl. 499. Everardus in Topicis, loc. de toto ad partem: & communitur omnes axiomatum Juris Civilis collectores. Quibus etiam addendum est, domos secularium, quas Casas de Ciudad, sive Ayuntamiento, vocamus, deservientes pro gubernatione Reipublicae expensis populi, esse erigendas: ut probant Avendano in l. 1. §. n. 3. & lib. 3. Recopilat. Guttier. pract. quae. lib. 1. quae. 36. Bobad. in politic. lib. 3. cap. 5. ex n. 8. & sequentibus, & lib. 5. cap. 4. numer. 6. Et ex hac causa Communitatibus Laicorum, in divisione bonorum, tertia pars assignatur pro aedificiis publicis: l. ne splendidissime, Cod. de operib. public. cui concordat Hispana lex 10. tit. 28. juncta l. 20. tit. fin. part. 3. & l. 7. tit. 7. part. 5. late Bobad. d. lib. 5. cap. 4. numer. 7. eo modo quo Ecclesiasticis tertia pars bonorum assignatur pro fabrica: ut dicimus cum de fabrica Ecclesiae Cathedralis Deo dante agemus.

55 Nec hac divisione opus erat, qua ablata etiam si fructus

non sint ad hoc deputari, expendi in similibus operibus possunt: ex Pilla in Curia lib. 2. c. 24. & Aviles defendit Bobad. d. n. 6. ad cuius constructionem sufficit voluntas particularium, nulla Superioris licentia ad hoc expectata: l. Aut Senatus ibi, aut senatus iussu, ff. de aqua plu. aren. l. Quomodo, §. Publico, ubi Glos. ff. de summi. quo casu publicae utilitatis ratione, privatorum auctoritas Regiae comparatur: l. Sacra, in fin. ff. de rer. divis. l. Fluminum, post principium, vers. quid ergo, ff. de damn. infest. & pluribus exornat Bobad. d. lib. 3. c. 5. n. 11. lit. L. & M. & lib. 5. c. 4. n. 6. ubi n. 7. multo magis supradictam doctrinam ad perficiendum opera jam cepta extendit: semper enim speciositas haec, & expensa in similibus aedificiis laudata fuit: qua ratione Generosi, & Animosi homines, similes appellantur, in l. 2. C. de praediis Navicul. lib. 10. ibi: animosi homines, ubi DD. late Petrus Gregorius de Repp. lib. 2. c. 9. & 10. innumeris quos sequitur Solorzano de Indiar. iur. & gubernat. tom. 2. lib. 1. c. 6. n. 8. & relativi in politic. lib. 2. c. 8. vers. de este mismo principio, fol. 106. qua ratione & ob bonum publicum plura privilegia his aedificiis concessa reperuntur, de quibus in d. l. 2. juncta l. ult. ff. ne quid in loco publico: l. Praetor 20. §. Hoc interdictum, de novi oper. nuntiat. l. 2. C. de offic. privat. l. 2. C. de praedi. Navic. lib. 10. latissime Solorz. locis superius citatis.

Ex dictis ergo patet maximum Ecclesiae Cathedralis privilegium, non solum habendi Capitulum, verum etiam, prohibendi omnes & singulos Beneficiatos, & alios quocumque tam Ecclesiasticos quam seculares habendi nec congregandi Capitulum in eadem; de quo est elegans & punctualis decisio omnino videnda in Vicen. Collegii 7. Junii 1632. coram Motmano, apud Rab. p. 6. dec. 126. quam etiam refert Posthius post tral. de munim. dec. 541. quod privilegium, valde Interesse Ecclesiae Cathedralis, observari, ne illius Beneficiati aut alii Clerici inferiores jus acquirant congregandi collegialiter & faciendi collegium, declaravit Rota in Gerun. Iuris. 22. April. 1630. coram Cocchino Decano, approbata in d. Vicen. n. 2. ad idem est optima decisio Cocchini 472. quae loquitur in Confraternitatibus. Quare non probata immemorabili, aut saltem quadragenaria possessione cum titulo, non possunt congregari collegialiter, nec Capitulum facere, jure resistente: ex late deductis in d. decisione Vicen. num. 3; imò nec titulus praesumptus sufficit in Quadragenaria, ex eadem decis. n. 8. cum hae congregationes, jure familiaritatis à Capitulo permittantur, quod nullus est considerandus ad praefcubendum: Cocchini d. dec. 472. num. 6.

Ratio autem supradictorum desumitur ex Magistrali doctrina tex. in c. Dilecta, 14. de excess. Pralat. ubi deciditur, privatos homines, secliso privilegio, nequire constituere Collegium, nec habere signa Collegii, pro ut est ligillum &c. & ita probant Guido Papa dec. 258. ubi ponit signa Collegii: Riccius p. 3. decis. 633. ubi alia plura ponit, & per eos Barbof. in collect. ad tex. in d. c. Dilecta, num. 2.

Si inquirens rationem, quare hoc privilegium sit particulare Cathedralium, ea est; nam cum ex earum institutione Canonici instituuntur, ut simul divino cultui deserviant & mancipentur, ut Corpus faciant, Commune sigillum, arcam communem & Syndicum habeant, juxta tex. in l. 1. §. Permissum, ff. quod cuiusque universitatis: ut probat Ferrerius in addit. ad Guidon. Papam, ad d. decis. 258. & ea ratione Canonici ad instar Collegii congregantur; & Matthaeus in addit. ad Guidon. ibid. merito in Ecclesiis inferioribus Clerici congregari ut singuli, Collegium non constituunt, & ibi existentes licet congregentur, non collegialiter congregantur, & ideo Capitulum facere prohibentur; ut cum Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. glof. 19. ex n. 15. & Boer. decis. 115. probat Barbof. in collect. ad text. in d. c. dilecta 14. de excess. Pralat. n. 3. Cocchini d. decis. 472. Collegialibus Ecclesiis exceptis; quae cum habeant jus habendi Collegium, Capitulum similitur constituunt; ex Rota, Riccio, & Guidone superius citatis. Portionarii vero & Beneficiati Ecclesiarum Cathedralium, cum non sint instituti ut collegialiter concurrant, ex eo quod Capituli & Ecclesiae gubernium ad

ad Canonicos pertineat, nec Capitulum constituent, sed soli Canonici: Solorzano statim citandus, etiam si Portionarii ex privilegio in Capitulo interire, quia quamvis inrent in Capitulo, non sunt tamen de Capitulo: cap. Novit 4. c. Quanto 5. de his que sunt à Pralat. ubi Glos. verbo Affisus: & D. D. de Clericis non residen. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. glof. 43. ex n. 39. & sequentibus, Rota dec. 411. n. 5. p. 1. juncta decis. 4. n. 3. p. 2. divers. plures apud Solorzanum de Indiar. iur. tom. 2. lib. 3. cap. 14. ex numer. 8. & in politic. lib. 4. cap. 14. pag. 614. Merito hoc privilegium ad eorum Canoniorum spectabit, quod Episcopus inferioribus concedere nequit, siveque Capitulum: Boer. d. dec. 115.

71 Quibus nec contradicit, Confraternitates in Ecclesia Cathedrali sitas, posse congregari: & ipse medio Rectore, imò eo deficiente, Praefide qui antiquior erit, congregantur, ibique capitulariter negotia expedire videntur, pro ut diximus cap. 24. de Confrat. Eccl. Cathedr. ex n. 14. c. unde cum istae sint longe diversae conditiones respectu Ecclesiarum, & inferioris ordinis quam Beneficiati, qui Ecclesiae partem constituunt, Confraternitates vero sint prorsus extraneae ab ipso Corpore Ecclesiae Cathedralis: videtur Beneficiatis negari non posse, quod illis conceditur. Nam Respondetur, non congregari prout Capitulum, sed ut Conventum Confraternitatis; inter quae magna versatur differentia, ut notavit Ragutus de voce Canoniorum in Capitulo, q. 1. etiam in Capitulo significat adunationem collegialiter factam; Conventio vero congregationem pluriam ut singulorum & de per sestantium. Fel. in c. Capitulum, de rescripto. notavit Aditio decisionis Guidonis 148. unde licet plures & privati homines, regulariter Collegium constituat, ut per Riccium & Guidonem proxime citatos, tamen plures Beneficiati alioquin parochialis Ecclesiae quamvis ad instar Capituli congregentur, non faciunt propriè Capitulum aut Collegium; quia nequeunt constituere unum Corpus; & ideo tantum facere dicuntur congregationem: ex d. c. Dilecta, juncta Rota, & Casar. de Graf. diocet Gonzalez d. glof. 19. n. 15. sequitur Barbof. in collect. ad tex. in d. c. Dilecta, n. 3. Lotter. ex n. 18.

76 Ex dictis inferitur, Jus patronatus spectans ad Capitulum Ecclesiae Parochialis, hoc est ad illius Beneficiatos, sive ad Portionarios seu Beneficiatos Ecclesiae Cathedralis, vel Collegiate, non dici propriè electivum, ad cuius essentiam requiritur quod capitulariter fiat electio: nam cum illud Capitulum improprium dicatur, licet eligant, improprie tamen dicitur electivum, etiam si ad sonum campanae congregentur, cum hoc non faciat beneficium electivum, nec Beneficium Collegiatum: Rota in una Calagurritana beneficii 22. Maii 1551. telle Caputaquon. decis. 295. & per eam Gonzal. d. glof. 19. numer. 12. cum duobus sequentibus: eadem Rota in recent. decis. 673. num. 2. part. 1. Lotter. d. q. 14. num. 59.

79 Ad essentiam ergo Collegii plures in unum Corpus collecti requiruntur, ut post Baronem observat Brissonius de verb. signif. & per eos Lotter. de re benef. lib. 1. quae. 14. num. 2. qui sunt potestates partes in Collegio, non quod simul inhabitent: l. Collegium 173. ff. de verb. signif. ubi late Alciat. num. 3. & reprobatis Glos. & Barbastr. contrarium sentientibus, Lotter. d. n. 2. Ex quibus notate oportet differentiam maximam reperiri inter Collegium, & Collegium; ita ut latus pateat hoc nomen quam illud: etenim Collegium universitatis est vox l. 1. in princ. ff. quod cuiusque universi. Collegium autem non solum esse vox determinabilis à Collegio, sed à pari potestatem cum alio: d. l. Collegium 173. ff. de verb. sig. Lotter. ex n. 6. & ideo omne Collegium habet Collegas: sed non omnes Collegae faciunt Collegium: si enim congregantur non ut Corpus, Collegium non faciunt, ut diximus: & de hoc plura exempla adducit Alciatus in d. l. Collegium: & Lotterius loco proxime citato.

Itaque ut tota materia capiatur, referre libet doctrinam Lotterii d. lib. 1. quae. 14. num. 66. qui optimè callens differentiam inter Capitulum prout constat ex unitate, & Collegium prout constat ex singulari in unum collectis: ita scribit

Et ista diversitas intelligitur respectu capacitatis administrationis: quia alii sunt capaces, alii non: data enim capacitate, non attenditur diversitas illa conditionis personarum, nisi ad inducendum equivoicum eo an scilicet Conventus fiat per unitatem, aut verus per consensionem plurium corporum absque unitate, in qua formalitas ipsius Collegii consistit. Interdum enim iurisdictione est communis, sed non unita; veluti cum plura Corpora simul conveniunt ad aliquid peragendum, tuncque non intelliguntur facere Collegium: interdum vero est communis & unita, veluti quando plures eiusdem potestatis conveniunt tanquam universi, & tunc quidem faciunt Collegium: ut bene docet Baldus: natura ergo Congregationis (ut removeatur aequivoicum) spectanda est, ita ut consideretur natura Causae quae de iure universitatem constituit; quia populus, vel Ordo aliquis ius universalitatis ei transmittit; exemplo Decurionum, l. Item eorum, §. Si Decuriones, ff. quod cuiusque universitatis: l. 2. C. de Decur. lib. 10. Petrus Gregorius synag. lib. 1. c. 32. numer. 5. Lotter. ex numer. 61. & hac ratione Civitas constituit Collegium, quia Consilium civitatis totam civitatem praesentat: Mantica d. 262. num. 8. Lotter. num. 63. & sequentibus.

Sed si in iste, hoc totum spectare ad jus gubernandi, quod in formalitate expeditionis negotiorum consistit, non verò in loco congregationis, ex quo omnia circa locum inania redduntur. Respondebo neququam valere suppositum: cum non parum conducatur locus designatus pro Capitulo ad maiestatem Ecclesiae Cathedralis pro expediendis negotiis; ita ut aliter expediti non valeant: ad differentiam aliorum inferiorum non habentium Senatum: nam ut notabimus c. 25. de Confrat. Eccl. Cathedr. num. 249. ex Silvio quem sequitur Riccius lucubr. Eccl. lib. 4. c. 3. n. 4. & apud priores Romanos, Senatores ea de causa non poterant nisi in Augurali loco congregari & negotia expedire.

Jam ergo progredi opus est ad ea, quae necessariò ad Capitulum consequuntur, hoc est ad ea, quae pro Capitulo requiruntur, id est ad signa Capituli, quae necessario habere debet Ecclesia Cathedralis: & haec sunt in duplici genere; alia respectu materialitatem Collegii, id est pluralitatem personarum, & res inter eas communes, de quibus Lotter. ex n. 55. quae ad nostrum pro nunc non pertinent. Tractatum, cum solum de loco agamus, ideo omittuntur; id est pluralitas personarum, redditus communes, jus congregandi videntur Statuti, etiam ad sonum campanae. Quare ad signa formalia Collegii, alia sunt respectu causam formalem Collegii, prout est species quadam Reipublicae §. 1. §. Quibus autem; & habet res spectantes ad plures tanquam universos, non tanquam ad singulos: l. in unum, §. Universitatis, ff. de rer. div. haec autem sunt, Syndicum habere, d. §. Quibus autem: Sigillum de quibus Lotter. ex n. 70. & de Sigillo est textus in c. Significavit, de appellat. unde Sigillum proprium Ecclesiae Cathedralis alia, assumere non potest, nec ejus Arma alteri licet assumere; hinc potest alias prohibere, ne eo utantur: Guilliel. Bened. in c. Raymundi, in princ. n. 59. de testam. plures quos sequitur Barbof. in collect. ad tex. in d. c. Dilecta, n. 4. Sicut quilibet insignis Artifex potest prohibere ne alius suo signo utatur: Antonius Gomez in l. 45. Tauri, n. 77. Lara de Anniver. & Capellan. lib. 1. c. 7. ex n. 6. imò ut evitentur damna, & diffensiones quae orti possunt ex similitudine sigillorum, Jure ex officio prohibere potest, ne unus alterius sigillo utatur: ut ex Barbof. Avendana, & Aceo. probat Barbof. d. n. 4. Archiviolum etiam requiritur, quod est idem ac Arca; de quo latus & de omnibus videndus Riccius d. p. 3. collect. 633; qui omnes concludunt non esse opus ut de omnibus conjunctim probetur: sed hic otiosum esset de hoc disputare, quandoquidem jure proprio Cathedralibus & Collegiatis hoc privilegium competit, cum habeant Collegium: ex Rota in d. Vicen. & Doctoribus superius citatis; merito ergo ad alia transire oportet praetium erit.

Capitulum ergo istud, parum caput appellatur, ex Petro Gregorio de benef. c. 10. n. 15. observat Lotter. de benef. lib. 1. quae. 15. num. 10. & 11. unde cum in his Ecclesiis Episcopus

Inspirationis electivum requirit quod Capitulariter fiat, 77.
 Sonus campana non facit beneficium electivum in Ecclesia Collegiata, 78.
 Ad essentiam Collegii quid requiratur, 79. & seqq.
 Collegia & Collegii differentie, 80.
 Collegium est vox univcrsatis, collegia vero vox determinabilis a Collegio, & a pari potest esse cum alio, 81.
 Omne Collegium habet Collegas, sed non omnes Collega Collegium faciunt, 82.
 Ex singulis in unum collectis fit Collegium, & quando e contra, 83.
 Natura Cœtus considerari debet, 84.
 Univcrsitas quando transferat omne ius suum in aliquos, vel in Decuriones, 85.
 Civitas qua ratione constituitur Collegium, 86.
 Negotia Ecclesie Cathedralis alibi non possunt expediri quam in Capitulo, 87.
 Senatores ubi, & non alibi, congregare solebant, 88.
 Ad essentiam Capituli quid requiratur, 89. & seqq.
 Signa formalia Capituli que sint, 90. & seqq.
 Capitulum est species Reipublice, 91.
 Negotia expedienda tamquam res spectantes ad plures, non tamquam ad singulos, 92.
 Sigillum habet Ecclesia Cathedralis, 93.
 Potest prohibere ne quis alius eo utatur, necve eius Arma assumat, 94.
 Artifex potest prohibere ne alius suo signo utatur, 95.
 Index ex officio potest prohibere ne sigillo alieno, vel simili, utatur, 96.
 Archievum requiritur ad Capitulum constituendum, 97.
 An omnia supradicta ad essentiam Capituli precise requirantur, 98.
 Capitulum, parvum Caput appellatur, & quare, 99.
 Ecclesie inferiores que non faciunt Capitulum, 100.
 Ecclesia Collegiata facit Capitulum ex privilegio, & quare, 101.
 Capituli congregatio ad Episcopum, sed ad Presidem Capituli spectat, 102.
 In Metropoli Cesaragustana hoc observatur, 103.
 Differentia congregationis Capituli Ecclesie Cathedralis, & inferiorum, 104. & seqq.
 Convocari, proprium hominis est; congregari, commune brutis, 105.
 In beneficiis Cathedralium providetur Ecclesie, in beneficiis inferiorum providetur persone, & quare, 106.
 Non quod Rome sit, sed quod Rome fieri debuit, spectandum est, 107.
 In electionibus plerumque erratur ex capite eligentium, 108.
 Hostensis, & Joannis Andree mirabile dictum de electione Canonicorum Ecclesie Argentina, 109.
 Qualis scientia requiratur ad Canonicatum Ecclesie Cathedralis, 110.
 Libri, quos Capitulum habere debet, quomodo custodiendi & asseruandi, 111.

Capitulum Ecclesie Cathedralis, quod *Aulam Capitularem* appellant communiter omnes, Ecclesie nomine contineri non dubitatur; ex text. in c. Clerici, de verbor. signifi. cap. Cum antiquos, 10. quest. 1. cap. Eam te, ubi Decius, num. 3. Ripa num. 14. eadem caus. & quest. Pavi. de auctor. Capit. Sede vacan. par. 2. quest. 7. Marcus Antonius de eo mentionem facere: quod necessarium esse nemo est qui nesciat: etenim ad optimum gubernationem cuiusque Ecclesie vel Magistratus tam Ecclesiastici quam secularis tria loca publica & Legislatoribus summopere commendantur. Primum locus est, ubi Reipublice negotia expedienda sunt. Secundus est, locus ubi Jus dicendum est ad expeditionem causarum. Tertius est, carcer ad custodiam Reorum: de quibus omnibus latè videndus, videlicet de primo, Bobad. in politica lib. 3. cap. 7. & 8. & de secundo ac tertio, idem Bobadilla lib. 2. cap. penult. & final. Sed & in hoc capite, de primo, hoc est de Capitulo, si ve de Aula Capitulari tantum agemus: quod necessarium esse non dubitamus, cum abique eo nec Cœtus Canonicorum cogregari, nec negotia jurisdictionalia tam gubernitium Ecclesie quam Episcopatus sine unà cum Episcopo, si ve,

eo mortuo, concernentia petrastrari, nec minus agitari possint. Hinc est quod Capitulum diversimodè appellatur, quatenus ædificium continet, in quo congregationes Canonicorum sunt, eo modo quo Ecclesie Cathedralis particulibus & speciosis nominibus nobilitantur; de quo videnda que diximus c. 1. n. 94. & seq. inter quas denominationes prima & nobilior, est *Aula Capitularis*, que magis proprie Cathedralibus applicatur, cum Camerae principales domorum Magnatum *Aula* nuncupentur; teste Salustio ad Cæsarem, *Illic* inquit (nempe in Aulis Magnatum ad reprehendendam aliena auita & falsa ardet omnibus animus; vix satis apertum est os, aut lingua prompta videtur. Ex quo de facili conicitur excellentia Cathedralium, quandoquidem certissimum est Aulam apud Grammaticos, & Historicos sumi pro Atrio, Regia, Palatio, & loco venoso sit peccatilis, quasi ab *aura*, & hac ratione *Aularum* nomine communiter intelliguntur Regia, aut Magnorum, Principum Palatia; de quo multa congetit Beyerlinch in *Theatro vite hum. verbo Aula*, tom. 1. pag. mlti 719. ubi latissime de Aulicis, & quare ita dicti. Aulicæ vero differentiam habent ab Aulicis, & qui fuerint isti videndus Alexander ab Alexandro *dierum genialium* lib. 1. c. 2. ubi Tiraquellus ex Strabone *libra 7. lit. A. pag. 9.* quos Citharædos, vel Tibicines, seu *Tandores* destantia, o. *Administriles* Hispani vocamus; quod videndus Calepinus *sub hoc vocabulo*, quæ etiam ratione Principum palatia frequentantur, *Aulicis* vocantur; de quibus & eorum periculis latissime videndus Solozano *emblemate* 56. & 57. per totum, ubi idè *Aula* dicta, quia in domibus tendebantur Auleæ, ut imitatio tenentiorum fieret, sub quibus bellantes semper habitare Majores: de quo videndus Lambinus in *Horatium* lib. 2. *atry. 8. pag. 106.* & Curtillus, quod ea de causa *Aula* appellatur, quia in Pæthenio monte Panos delubrum erat, ubi locus, nomine *Aula*, omnibus animalibus velut Asylum præberet, quem leones & lupi dum feras infecerant, adire non auderent, sed protinus subfisteret, & feras relinquere liberas atutas, ita Alexander ab Alexandro *dierum genialium* lib. 4. cap. 12. de quo etiam scribitur Giraldus de *Dinogenium*, *syn. tag. 15.* Alianus de animalibus, lib. 11. c. 6. apud Andream Tiraquellum in *commentar. lit. A. & B. pag. 513.*

Hinc est quod licet *Aula*, proprie sumto vocabulo, 16 Atrium Regis fit Principum domus venis perlatilis, teste Athenæo; tamen cum Palatia amplissima habere soleant hypætra, factum est ut *Aula* pro Regia ponatur: ut ex Seneca observat *verbo Aula*, Sebastianus Covarruvias & Oroscio in *Thezaurio lingue Hispanæ*, eodem verbo. Jam ergo liquet, cur Capitulum Ecclesie Cathedralis *Aula Capitularis* vocentur: ex quo enim Cathedralis, Regie supremi Principis Dei Optimi Maximi sunt, ubi tamquam in domo propria, id est in Palatio inhabitat, colitur & adoratur, necessario Camera Principis, ubi ipsius negotia spectantia tam ad gubernium totius rei familiaris, quam spiritalium proventuum geruntur, *Aula* debet appellari; eo modo quo licet Princeps plura habeat Palatia, inelytum Palatium, habitatio Principis, id est mansio Imperatoris & consueta habitatio intelligitur; *l. Milites, §. Ignominia, ff. de re milit.* & hac de causa Regie urbes à splendore Regio, quo illustrantur, denominationem sumunt: *l. 1. §. Sed si que; ibi; Romanæ autem, intelligendum est, non solum veterem, sed etiam Regiam nostram: Cod. de veteri iure enucleando: l. 4. Cod. de oper. publ. l. final. C. de his qui ad Eccles. confug. ibi, arde Regia: Petrus Gregorius lib. 2. de Reipub. cap. 1. nu. 10. Alex. ab Alexan. lib. 3. *genial. cap. 6. addendus* Exea ad text. in l. 1. *Cod. de palat. & domib. Domin. pag. 29.* Unde cum Regia Principis, Cathedralis sit, Cameraem seu Aulam habeat opus est: & licet plura alia loca contineat, hæc tamen proprie sub nomine *Aula* intelligenda venit: atque ea de causa cum cubiculum sit Regium, speciosum, amplum, & ornatum exadificari convenit; ut in Camera Magistra-tuum secularium notavit latè Bobadilla in *politica, d. lib. 3. c. 7. num. 4.* ex ejus enim fabrica, Cathedralis Ecclesia nobilitatur: de quo est optimus textus de Jure Hispano in l. 1. tit. 1. lib. 7. *Recopilationis*, ubi sic statuitur: *Ennoblescen las Ciudades y Villas entener Casas grandes y bien fechas* 21*

enque bagan sus aiantamentos y conceios, y en que se ainsien los Justicias Regidores y Oficiales a entener en las cosas cumplidas a la Republica que han de govarnar por endemandam. 22 mos & c. idèque sumptuosa esse debere crediderim: licet enim Plutarcius, ut in eius vita referunt, Lacedæmonis id prohibuerit, iudicans in his sessionibus potius iudicio quam fabrica exteriori opus esse, quam homines divertere & effeminatos facere credebatur; cum tempus in contemplatione ædificii infumant simul & ornatus; id tamen communiter reprobatum, eo quia Lacedæmonis, licet aliàs opulenti, usum ornamentorum in supellectili non habebant: idèque ubicumque contrarium observari debere in Communitate pro modulo Majestatis & possibilitatis certum est; cum ratio Licurgi potius Collegia Scholarium quam fabricas has respiciat: ut optimè notavit Bobadilla lib. 3. cap. 7. num. 4. de quo infra dicemus. Et licet supra dicta de Aulis Magistratuum secularium loquantur, majori cum ratione in Ecclesiis Cathedralibus procedunt: in quibus, ut notavit Divus Thomas 1. 2. *quest. 102. art. 3. totus exterior cultus Dei ad hoc præcipue ordinatur, ut homines Deum in reverentia habeant: habet autem hoc h. manus affectus, ut ea que communia sunt, non distincta ab aliis, minus reverentiam; ea vero que habent aliquam excellentiam discretionem ab aliis, magis admiremur, & reverentiam; ut diximus c. 12. de Templo Ecclesie Cathedralis adificando, num. 86.*

Unde cum in Capitulo omnia Dei cultum concernentia & res Ecclesie Cathedralis tractentur, à qua inferiores Ecclesie ejus rationem sumere debent, & leges, & secundum omnes mores gubernandæ sunt, sin minus secundum consuetudinem Metropolitanæ, cap. de his, 12. *distin. Roman. consil. 2. 18. DD. in c. transito, de consuet. latè Solozano in politica Indiarum. lib. 4. cap. 5. vers. final.* & plura notavimus in nostro tract. de unice & perenni Cathedralitate Cesaragustana in Ecclesia Sancti Salvatoris, cap. 2. num. 51. & 52. pag. 93. opus est ut non solum Capitulum habeat, verum etiam ut *Aula*, tanquam Regia speciosa, & ornata ibi constitutur.

Non tantum *Aula*, sed & Concilium, Senatus, Congregatio, Capitulum, Curia, Palatium, Prætorium, Decuria nominatur, que tamen magis proprie conveniunt secularibus: de quibus omnibus, id est de Palatio, seu Prætorio, est text. in l. 2. *Cod. de Decurion. lib. 10. & de vocabulo, §. Inveritas*, est text. in cap. *fin. de Procuratoribus*, ubi DD. de Concilio, quod Hispani Consistorium dicimus, est textus in l. *Populus, §. Decuriones, ff. de verbor. sign. ibi: Consilii publici gratia conferri potest: ut latè probat Pisanus de Decurion. lib. 1. cap. 5. num. 5.* plures apud Bobad. in politica *dist. lib. 3. cap. 7. numer. 5. lit. G. & de Decuria*, que sit, & qua ratione hoc vocabulo demonstraret, vide eruditè & latè Rebuffum in *commentar. ad text. in l. Populus, 239. §. Decuriones, ff. de verbor. obligat. de Senatu*, ex text. in cap. *Ecclesie, 16. quest. 1. Solozano in politica. lib. 4. c. 13. in princ.* & qua ratione ita appelletur: Saravia de *advocatur. quest. 1. num. 56.*

Nec incongruè *Aule* nomine Capitulum insignitur: etenim jam stylus inolevit, præcipue in Hispania, quod in Universitatibus & publicis Gymnasiis, Camera ubi scientia discuntur, *Aule* nuncupentur, ex generalitate legentium & discitentium: teste Covarruv. in *Thezaurio lingue Hispanice, verbo Aula*, que alio nomine *Generalis* nuncupantur, quo Salmantica, & Compluti celeberrimæ Universitates uti observat. Unde cum universi Episcopatus, & Ecclesie Cathedralis negotia petrastrantur, cum ibi Episcopus & Cathedralis omnia, quæ insimul expedienda sunt, agant, & sua particularia negotia expediant, mirum non est si locus Capituli *Aula*, non verò Camera eo vocabulo illustrentur: de cuius nomine & etymologia, de modo ibi se gerendi: & de periculis, difficultatibus, & aliis pluribus Aulam spectantibus innumera referunt Beyerlinch in *Theatro vite humane: verb. Aula: & Polianthea in cod. verb. vide etiam Solozano Emblem. 56. & 57.* qui omnes cum de Aulis Principum loquantur, non est cur *Aula* seu Capitulo Ecclesie Cathedralis accommodentur.

Nunc verò ad materiam nostram redeamus. Ex dictis deducitur, non cuiuslibet fabricæ vulgaris, sed speciose formæ & architecturæ esse debere Aulam, seu Caputulum Ecclesie Cathedralis: maxima cum ratione; etenim nobilitatem totius Cleri, & Regalis Sacerdotii Episcopatus representat eo modo quo *Aula* Civitatum majorum, quas Aragonenses *Casas de la Ciudad*, Castellani verò, *Casas de el aiantamento* nominamus Hispano sermone; nobilitatem populi, ubi Consules, sive Primarii Viri adunantur pro expeditione negotiorum totius Reipublicæ: ut bene notavit Bobadilla in *polit. lib. 3. c. 7. n. 4.* per text. de *Jure Hispano, in l. 1. tit. 1. lib. 7. Recopilar.* licet enim in speciosis & curiosis Aulis congregari Senatoribus Lacedæmonis Licurgus prohibuerit, ut diximus; ne sub illa speciositate inaniter detent, & vana curiositate contemplantis astitum, sculpsuram, & ædificium, negotia Reipublicæ relinquere; sed tamen particulare erat in ea Natio, que effeminatos homines procebat; non verò in aliis: ut pluribus ibi notavit Bobadilla *lit. F.* dece enim hæc Aulam magnificentia, ex ratione text. in l. *pupillus, 239. §. Decuriones, ff. de verbor. oblig. ibi: Consilii publici gratia scripta est: ubi Rebuffus notavit; Curiam, seu Cameraem, idè vocari hunc locum, quia ibi Classis & Ordo primus Senatorum sedet: idè magna Camera Romæ vocabatur; & non in quibusdamque urbibus, sed tantum in majoribus extendenda esse has Camerae, ex Jacobo Rebuffo in *rub. de Decur. lib. 10. ibi notavit alius Rebuff. proxime citatus.**

Non ergo mirum est, privilegium habendi Aulam hæc, præcipuum esse Ecclesie Cathedralis (licet Collegiatis etiam competat; ex Rota in *Pocen. Collegii 7. hmi 1632. coram Motmano*; apud Rubens in *recon. par. 6. de consue. 1566.* quam etiam ad litteram ponit Postibus de *manuten. post. tract. dec. 541. 1.* nam ut ait text. in can. 3. *12. q. 1. necessaria enim res exigit, ut in ecclesia hanc Clausuram constituantur in quibus Clerici disciplinis Ecclesiasticis vacent; itaque unum sit Refectorium ac Dormitorium, seu cetera Officina ad usus Clericorum necessaria.*

Hinc est, quod hæc *Aula*, tanquam Cubiculum Regium exstrui soleat, eo modo quo Regia edes, & earum vestibula, quæ cancellis septiebantur, fores autem velabantur aulæ, teste Sidon. *lib. 1. Epist. 2.* & ea de causa J. C. cancellos & vela conjungit in l. *Cetera 43. §. Sed si cancelli, ff. de legat. 1.*

An verò in hac *Aula* imagines sive picturæ affigi possint Virorum illustrium de ipsa Cathedrali benemeritorum? non erit abs re inquirere; in quo dicas; Theodosium Imperatorem in l. *Basilicam, 20. de operib. public. in C. Theodosian. ita statuisse: Basilicam deauratam, & marmoram decoratam, liberam in perpetuum manere, nec alicuius Imaginis aut picturæ cuiuslibet honoris tabularum umbratione fuscari iubemus: Cuius decreti vim ad Regias & Imperatorum domos auro & lapidibus pretiosis fulgentes secundum morem Perlarum, de quo Cassiodorus *lib. 7. Epist. 15.* Bristonius de *Regibus Persarum, pag. 25. P. Roderus ad Curtium, lib. 5. cap. 1. nu. 24. vers. Ipsius urbis: quem Romana magnificentia, ac deinde Constantinopolitana profuseca sunt, teste Cujac. in *paratit. ad tit. Cod. de operib. public. & de ea causa Theodosius liberam esse voluit, teste Exea in *commentar. ad text. in l. unica. C. de Palat. & domibus Dominor. pag. 53.* hæc inquam legem, extendi ex eadem ratione convenit ad Aulam Capitularem.***

Quo posito, circa Imagines & picturæ Sanctorum, dubium esse non potest qui ibi rectè collocentur: de cæteris verò dicendum est, de *Jure*, imagines Virorum illustrium in foribus affigi consuetum esse: ut probat text. in l. 1. *intra l. fin. Cod. de stat. & imagin. ubi bene Monar. & communiter Scribentes: Cujacius in *paratit. ad tit. C. de operib. public. itaque de morte prisicorum Ethnicorum extat Virgilius 7. *Æneidos: Quin etiam veterum effigies ex ordine Avorum, Antiquas ex Cedro, Italique, Paterque Sabinus, Vitiator curvam servans sub imagine falcem, Saturnus senex, Janique bifrontis imago, Vestibulo adstabant, alique ab origine Reges.***

copus sit Caput, membra vero Capitulum, & insimul unum
 100 Corpus constituant, merito in eis Capitulum consideratur,
 in inferioribus vero e contra: c. *Novit, de his que sunt a
 Pral. sine consen. Capit.* Verrallus dec. 84. num. 3. p. 4. Lot-
 ter. d. q. 15. num. 15.
 101 Nec dicitur, Collegiatis Ecclesiis idem habere privile-
 gium; quibus cum eo iure sicut sponis idest Cathedralibus
 non congruat prelatio, Capituli ratio redditur inanis.
 Nam respondetur, Collegiatis non competere ex vi despon-
 sationis Episcopi, sed ex privilegio particulari Juris, quia
 in eis datur Collegium, & Canonici per modum unius adu-
 nantur: de eo autem constat ex text. in d. c. *Dilecta*, & juri-
 bus, decisionibus, & Autoribus superius relatis, præcipue
 Lotter. d. q. 15. per totam.

102 Nec ex eo quod Episcopus est Caput, convocare potest
 Capitulum, sed ad primam Dignitatem spectat; vel ea ab-
 sente, ad Præsidentem: latè Lotter. d. q. 15. ex n. 32. sed de
 hoc suo loco tractabitur: idque observatur in nostra Metro-
 poli Casaragustana ex Bulla secularizationis eiusdem à Cle-
 ment. VIII. de Anno 1605.

104 Jam ergo liquet, quam maximam esse differentiam &
 prærogativam hujus Aulæ Capitularis, in qua pro Capitu-
 lo celebrando congregantur Canonici, & Ecclesiarum inferio-
 riorum, quibus nullum jus collegialiter assistendi com-
 petit; nam in Cathedralibus convocantur medio Præside
 ad sonum Campanæ; in aliis vero congregantur; inter quæ,
 maxima versatur differentia: videlicet, quia homines con-
 vocantur, proprie sumpto vocabulo; congregari vero, non est
 proprium hominis tantum, sed & quibusdam aliis ani-

105 mantibus convenit; teste Divo Augustino super Psalm. 81.
 ibi, *Deus stetit in Synagoga Deorum*: Divus Hieronymus lib. 8.
Etyimol. cap. 8. quos sequitur Rodolphus Cupiers in repet.
 ad text. in can. oportebat, 89. distin. tit. multiplicem esse Ecclē-
 siæ nominis significationem, miramque eius auctoritatem, ex-
 primitur n. 7. & sequentibus, pag. 111. unde proprie convoca-
 ri dicuntur Canonici in Cathedralibus, in aliis vero inferio-
 ribus congregari: ut in Constaternitatibus probat Ric-
 cius Lucubrator. *Ecclesiast. lib. 4. c. 2. & 3.*

106 Ex dictis deducitur rectè differentia, quam ponit Gon-
 zalez ad Regul. 8. *Cancel. gloss. 4. ex n. 73.* ubi tractans de
 scientia requisita ad obtinenda beneficia, constituit quam-
 maximam inter provisos ad Cathedralis, & provisos de
 beneficiis inferioribus differentiam: in istis providetur
 persone, in illis vero providetur Ecclesiæ: quod idem no-
 tavit Card. in *Clemen. 2. numer. 13. quest. 17. de offic. Orden.*
 cum ergo Ecclesiæ Cathedralis sit provisiva, favore ipsorum
 merito convocantur tamquam majori ratione & scientia
 præditi propter arduitatem negotiorum; alii vero inferiores
 congregantur tamquam non sit necesse uti tanta ratione &
 scientia in suis negotiis tractandis. Quare circa institutio-
 nem Canonicorum, videas quæ diximus supra cap. 14.
 de *Ecclē. Cathedr. secund. præsen. statum*, ex n. 91. cum pluri-
 bus seq.

In fures forsan, carpiendo rationem ex experientia; et-
 nim plures reperitur studiosissimi & eruditissimi, qui
 fortuna advertebant, miseram & pauperem ducunt vitam;
 cum tamen in Cathedralibus & majoribus beneficiis (me-
 exemplo) reperiamur innumeri quibus hæc ratio nequa-
 quam congruit, imò resistit: Sed Respondetur ex text. in l.
 licet, l. 2. de offic. Præs. non tam spectandum esse quid Ro-
 mæ factum est, quam quid fieri debuit; & hoc evenire ex
 nimio amore eligentium, & ex causis adductis à Gonz. d.

107 *gloss. 4. ex numer. 4.* ubi celebre dictum Hostiensis refert in
 electione Canonicorum Argentinæ Ecclesiæ, per hæc ver-
 ba: *Predictis consonat quod refert Hostiensis d. c. grave, num.*
 3. de præben. & post eum Joannes Andreas, & alii, de *Canonicis*
 Argentinis, qui cum non possent concordare de creandis
 Canonicis, conveniunt quod quilibet Canonicus crearet suum:
 & cum unusquisque crearet nepotem, vel consanguineum, indi-
 gnum, quidam Romanus Canonicus eiusdem Ecclesiæ nomina-
 vit asinum suum.

Secundo in Cathedralibus diveta est ratio, negotiorum
 ratione: nam cum Capituli consilium teneatur requirere
 Episcopus in arduis, juxta totum ritulum, de his que sunt

à Pralat. sine consensu Capituli: in Decretalibus, & in Sex-
 to: quod neutiquam inferioribus Ecclesiis convenit; merito
 110 hæc ratio idoneitas saltem mediocri scientia requiri-
 tur ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis; sicut eodem
 Gonzal. dist. gloss. 4. nu. 69. & 70. & hæc de causa fide Con-
 sules & Magistratus Aulam, ubi negotia expediuntur, ha-
 bent; ita etiam Capitulum Ecclesiæ Cathedralis habere
 debet; cum Senatus etiam appelletur; ut supra in principio
 notavimus.

Si vero scire desideres libros, quos Capitulum habere
 111 debet pro recta expeditione negotiorum, & quomodo cu-
 stodiendi sunt, ubi etiam assevari debent? Consule Bo-
 bad. in polit. d. lib. 3. cap. 7. num. 71. de quibus latius capite
 sequenti dicemus.

C A P U T XXIII.

De Archivio Ecclesiæ Cathedralis.

S V M M A R I V M.

Archivium Ecclesiæ Cathedralis quam necessarium, 1.
 In omnibus Parochiis constituendum, 2.
 Quid in eo observandum, 3.
 A quo tempore inciperit, 4.
 Quare adinventum, 5.
 Romani quomodo memorie commendabant res notabiles, 6. 19.
 Atheniensium mos in conservanda memoria rerum, 7.
 Lacedæmoniorum mos circa idem, ibid.
 Archiviorum origo, 8. & seqq.
 Imperatores omnia in scriptis posterioribus habent, ibid.
 Scribuntur differentia, & usus, 9.
 Præpositi libellorum qui fuerint, 10.
 Archivia idem quod scriptura, 11.
 De Regaliis sunt, ibid. 23.
 Eorum usus antiquus à Concilio Tridentino renovatus, 12.
 Modus erigendi & conservandi scripturas, 13.
 Armarium dicitur, 14.
 Item Arca & armarium publicum, 15.
 Eius distinctio, ibi. & 16.
 Archivium dicitur locus in quo vasa reponuntur ad custodiam,
 17.
 Armarium non potest esse sine loco publico, qui archivium nun-
 cupatur, 18.
 Quantum honor illi debeatur, 19.
 Archivii locus proprius est Ecclesiæ Cathedralis, 20. 26. 47.
 Archivia debent esse in Palatiis Magistratum, 21.
 Absque Archivio omnia deperunt, 22.
 Archivium regale debet habere Princeps, 23.
 Mediolanensium usus circa conservandas scripturas Ecclesiæ-
 rum inferiorum, 24.
 Casaragustana Ecclesiæ usus à tempore D. Alfonsi Gregorii
 Archiepiscopi valde laudabilis, 25.
 Particula apud sic ad personam vel locum refertur, 26.
 Capitula & Monasteria nomine Visiter statum veniunt, 27.
 Amissa Cathedralitate Archivium manet authenticum, 28.
 & 48.
 Archivium montis Cassini celeberrimum & authenticum, 29.
 eius laudes, 60.
 Civitates tenentur erigere Archivium, 30.
 Archiviorum privilegia summaria, 31.
 Ecclesiæ Romana habet Archivium, 32.
 Archivii Notariorum & Archivii Ecclesiæ Cathedralis, vel
 Civitatum, differentia, 33.
 Archivii Notariorum requisita, 34.
 Archivio Cathedralis que sunt necessaria, 35. & seqq.
 Locus publicus approbatus requiritur ad Archivium Cathedr-
 alis, 36.
 Locus privatus non dat robur scripturis, 37.
 Nec etiam si adit ad testatio Notarii, vel Judicis, 38.
 Ut publicum dicitur Archivium publicas claves habere debet,
 39. 47.
 Archivium publicum dat robur scriptura privata, 40. & quo-
 modo, 42. & seqq. 68. & seqq.
 Archivium debet habere Archivistam, 43.
 Scriptura reperta in Archivio quomodo faciat fidem, 42. &
 seqq.
 Locus non supplet imperfectionem & defectum scripturæ, 43.
 Exem-

Exemplo originalis scripturæ, nec eius transumptio in Archivio
 reperto non creditur, 44.
 Archivium Episcopale publicum & authenticum, 45.
 Etiam si Episcopus sit parvus, 46.
 Archivium Ecclesiæ Cathedralis authenticum, 48.
 Ad probandam existentiam Archivii testes admittuntur, &
 quomodo deponere debeant, 49.
 Archivium publicum quod dicitur, 50.
 Archivio Cathedralis eadem fides ac Archivio Episcopali da-
 tur, 51.
 Præcipue inter subditos, 52. & seqq.
 Archivium Cathedralis, vel Episcopum, quando facit fidem in-
 ter non subditos, & extra territorium, 53. & seqq.
 Inter subditos plenam fidem facit, 54.
 Si detur consensus non subditi, non probat, 55.
 Nec contra Episcopum, & quare 56. quando e contra, 72.
 Præcipue silesi sunt inter Episcopum & Capitulum, 57.
 Præcedit in scripturis privatis, non in publicis, 58.
 Archivium præstat administracula scripturis in eo inventis,
 59.
 Inter subditos facit fidem, etiam si scriptura ad alia loca per-
 tineant, 60.
 Archivium non supplet imperfectionem scripturæ, nec ei dat
 robur, 61.
 Quid si reperitur scriptura transumpta in libro authentico, 62.
 Libri Capitulares, & alii in Archivio conservati, quando faci-
 ent fidem, 63. 67. 102.
 Secretarius Capituli debet esse Notarius, ut liber de gestis fi-
 dem faciat, 64.
 Archivium quando supplet defectum scripturæ, & ei det ro-
 bur, 65. & seqq.
 Archivium quando vices gerat Matricis, 66. & seqq.
 In Archivio scripturæ authenticæ tantum recondi solent, 67.
 Scriptura debet abstrahi ab Archivio, non à libro privato Ar-
 chivii, ut fidem faciat; præcipue si de interesse Capituli
 agatur, 68.
 Libri privati reperti in Archivio quando fidem faciant, 69. &
 seqq.
 Libri in Archivio reperti quando publici, vel privati, 70.
 Scripturis contrariis in Archivio reperti, cui standum est, 71.
 Fides Archivii immitur ex interesse particulari, 72.
 Privatus liber quando faciat fidem in Archivio repertus, 73.
 Scriptura privata a antiqua si fidem faciunt in Archivio reperta,
 & quibus conditionibus, 74.
 Præcipue si iudicis compulsorialis accedat auctoritas, 75.
 Maxime si in longinquis agatur, & signatur Notarii adsit,
 76.
 Consuetudine præscribi potest, ut privato libro Archivii fides
 detur, 77.
 Clara debet esse, 78.
 Talis consuetudo non afficit non subditos, 79.
 Que debent concurrere ut talis consuetudo prævaleat, 80.
 Archivium particularis non probat etiam stante consuetudine,
 81.
 Scriptura debet esse in Archivio ante tempus motæ litis, 82.
 Duobus apparentibus scripturis contrariis discordantibus in
 quantitate, una in Archivio, alia extra Archivium re-
 perta, cui standum est, 83.
 Archivista debet esse, sive Præpositus Archivii ut fidem fa-
 ciat, 84.
 Archivista creditur circa deputatorem, 85.
 Scripturis vigore compulsoriarum quomodo detur fides, 86.
 Archivista & successores extrahenti absque compulsatione,
 quando detur fides, 87.
 Archivista relationis statum in Rota, 88.
 Præcipue alius concurrerentibus, 89.
 Archivista compellitur tradere scripturas, 90.
 Probata quod scriptura fuerit in Archivio, semper ad esse presu-
 mitur, 91.
 Processu in Archivio existente, si tempore successoris deperda-
 tur, cadet à causa, 92.
 Scriptura an possit extrahi sine citatione, 93.
 Scriptura reperta in Archivio Capituli, gratis debet extrahi
 à Notario Capituli, 94.
 Archivista persona non debet esse suspecta, 95.
 Scriptura reperta in Archivio si fidem faciunt, etiam in commo-
 dum Archiviste, 96.
 Epistole que scribuntur absentibus, etiam in Archivio reper-
 te fidem faciunt, 97.
 Archivista persona publica debet extrahere scripturam ut si
 Francos de Ecclē. Cathedr.

dem faciat, 98.
 Tabellia, ut amicus scripturam tradens, scripturam facit pri-
 vatam, 99.
 Obligantur Episcopi facere inventarium Casarum criminalium,
 & reponere in Archivio, 100.
 Claves Archivii Episcopalis, Sede Vacante, Capitulo confi-
 gnan-
 101 gnan-
 Libri antiqui in Archivio reperti quando fidem faciunt, 102.
 Chartarius liber Ecclesiæ Metropolitanae authenticus, & fi-
 dem facit, 103.
 Registrum Ecclesiæ positum in Camera Episcopi, & ibi conser-
 vatam, fidem facit, 104.
 Codici in Archivio reperto fides datur in eis etiam que in mar-
 gine sunt scripta, 105.
 Archiviorum utilitates, 106.
 Archivium non potest visitare Episcopus sine adiunctis in Ca-
 thedrali, 107.

Inter nobiliora loca Ecclesiæ Cathedralis, & ad conser-
 vanda ipsius jura, specialiter inventum non immerito
 Archivium computatur quod ad conservationem non solum
 totius rei familiaris Ecclesiæ, verum etiam ad omnia
 privilegia, exemptiones, prærogativas, & jura ipsius tuen-
 da, valde necessarium esse non dubitatur: Fuscus de *Visti.*
 lib. 1. c. 15. n. 33. & hæc ratione in Concilio provinciali Me-
 chliniensi, præsentis Mathia Hovio Archiepiscopo, veræ
 Episcoporum norma, & exemplo, salubriter institutum,
 2 fuit, ut in omnibus Parochiis constituerentur Archivia à Paro-
 cho tribus fectis munita, in quibus sub fidei custodia serva-
 rentur omnia Ecclesiarum & beneficiorum monumenta,
 3 ut putà Registra provenientium, Litteræ, Rationes dati & ac-
 cepti, ne temerè ad ea aditus cuivis pateret, & eaque ratione
 interirent: quam salubrem ordinationem Albertus Prin-
 cept suo etiam edicto observari præcepit Anno 1407. teste
 Bejelinch in *Theatro vite humane, verbo Archivia*, licet de
 Archivio extet memoria apud D. Hieron. in *prologo Ester.*
 & refert *Gloss. in Clem. unic. de Iurejur. verb. Archivia*, *Men-*
 4 *noc. conf. 1261. n. 2. & 3.* Pareja de *juris. instr. edit. tom.*
 5 *1. tit. 5. res. 2. n. 8.* hocque factum fuisse ne perirent memo-
 riæ, certissime constat ex more Romanorum scribendi in
 tabulis lapideis seu insculpendi fœdera in Templis Deo-
 rum, sive in Templo Jovis Capitolini, posita columna,
 6 sive clypeo, ligno, corio bovis immolati. Athenienses ve-
 ro, ut essent præclara quæque testata monumentis, in ab-
 dito loco, habuere plerumque tabulas ex antiquo ære; de
 quibus videnda plura apud Andream Tiraquel. in *comment.*
 ad *Alexan. ab Alexan. lib. 5. dierum genial. cap. 3. pag. mishi*
 621. quæ loca ab eo originem habuisse credimus; nam Im-
 8 peratores scriptura habuisse non dubitatur, l. unica, *Cod. de*
Magistris sacrorum scribentium, lib. 12. duplicia vero scriptura
 fuisse constat; alterum Statotium vocabatur, alterum ve-
 9 rò Viatorium: in primo, antiqua monumenta condita
 erant, que nos Archivia nuncupamus: in secundo vero
 supplices libelli Principibus porrecti, donec ab eis subscri-
 berentur & expedirentur, reponerentur; & eorum Præ-
 10 positi *Magistri libellorum* dicti sunt; de quibus videndus Bru-
 dæus in *Pandectis, ad tex. in l. Ne quidquam ff. de offic. Præc.*
 11 *Cobello in natitia Cardinalatus, c. 57. pag. 411. lit. B.* unde
 Archivia idem notant, quod Scriptura, & sic de Regaliis esse,
 & Regiis Ecclesiis, idest Cathedralibus; cuius usus, cum
 jam sicut plura alia, antiquatus esset, sedula cura pastoralis
 S. Caroli Borromei S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopi Me-
 diolanen. quem Deus Optimum Maximus, ad Pastoralis officii
 12 cium gloriosum reddendum, Ecclesiæ suæ proposuit, res-
 tauratus fuit, *sub Concilio 1. Mediolanensi, tit. que pertinent*
ad horum Ecclesiasticorum conservacionem, reitam admini-
strationem, & dispensacionem, pag. mibi 540. & seqq. ubi
 formam erigendi simulque custodiendi scripturas & jura,
 13 proponit, præcipiens id fieri debere ubicumque non fue-
 rit constructum; & dicitur *Armarium librorum*, ex *Gloss.*
 final. in *Clem. unic. de Iurejur. cum qualitatibus infra*
 explicandis; Fuscus d. num. 33. sive ab Arca, & est locus
 14 seu Armarium publicum, in quo libri aut instrumenta seu
 acta ponuntur; *auth. ad hæc, C. de fide instrum. c. Pervenit, 15*
 P 4 ubi